REMIGIUS ALTISSIODORENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 45v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25986
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nos ubis orare monuit sic insequen
tibus manifestabitur. Sed quid necesse est
ipsis paucis ubis orare. cum ipse
sciat omnia ante quam fiant. Non
debemus hoc ubis agere ut impetre
mus aliquid ab eo quod uolumus. sed rebus quas
gerimus in animo et intentione cogi
tationis cum pura dilectione et sim
plici affectu. Docuit ergo nos dominus ip
sas res ubis orare. ut commendatis
ubis memorie tempore orationis recor
daremur ipsas res. Item. seu ubis seu
rebus orandum sit quid necesse est ipsa oratio
cum ipse sciat omnia ante quam petamus
eum. Valde quia intentio orationis
purgat et serenat cor nostrum. et capa
cius facit ad accipienda dona diui
na. Ille semper paratus est sua nobis do
na suppeditare. sed nos ea semper acci
pere non sumus parati. quia ad transitoria in
clinamur. Et quia semper parati esse non pos
sumus. docuit pauca uerba orationis.
ut eius tempore colligatur mens nostra intrinse
cus et in recordatione ipsorum uerborum
serenetur et capacior fiat. quatenus hic
quoquomodo posset perfrui claritate illius
perpetue lucis. Sic ergo uos orabitis.
Pater noster quies in celis. .xxx.
Ecce secundum mathem sponte. secundum lu
cam rogatus dominus hanc orationem docu
it. Ait enim lucas. Et accedens ad eum
quidam discipulus rogans eum et dicens.
Domine doce nos orare. sicut iohannes docu
it discipulos suos. At ille ait. Cum o
ratis. dicite pater noster quies in celis.

Quod non est contrarium. quia consuetudo est sanctorum
euangelistarum. quod unus pretermittit alter
describat. siue potuit fieri ut alibi
eam docuisset dominus sponte atque alibi
rogatus. sponte. xii. rogatus omnibus.
In omni autem oratione laudem solemus
premittere. ut est obone rex. obone im
perator. ita et dominus in principio huius ora
tionis laudem posuit et reconciliatio
nem dicendo. pater noster quies in celis.
ut dum filii dei laudibus eum preferunt
citius exaudiantur. Hoc loco et dei digna
tio et nostra dignitas declaratur. dei dig
natio. quia cum deus esset dignatus est fieri pater
noster. nostra dignitas quia nos qui non eramus dig
ni ut serui dei dicemur. tantam potesta
tem ab eo accepimus. ut simus et uocemur fi
lii dei. Que dignitas in ipso libro le
gis nusquam inuenitur illi iudaico populo
concessa ut deum patrem inuocarent. sed di
ctum est. audi israel. dominus deus tuus deus unus
est. Deus et dominus illis insinuabatur quasi
seruientibus. idem carnaliter uiuentibus.
In prophetis tamen inuenitur. ostendit enim quod
deus pater eorum esse potuisset. si amanda
tis eius non declinasset. ut illud ysaie.
Filios genui et exaltaui. ipsi autem
contempnentes spreuerunt me. Et per ma
lachiam. Si ego dominus. ubi est timor meus.
et si ego pater. ubi est amor meus. Et psal
mista. Ego dixi dii estis. et filii ex
celsi omnes. quod propheta uel de illis dixit qui tunc
temporis gratie erant imperfectiores. uel spiritu sancto
repletus prophetando predixit de illis qui in
nouo testamento eiusdem gratie impleto